Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nre salutis eiusdem custodia timori dni ē. Hunc enim et iniquitatis
conuersionis. iniquitatis purgatio. et uirtutum custodia. his qui
imbuuntur a duabus perfectionis adquiritur. Qui cum pene
trauerit hominis mentem contemptum rerum omnium parit
obliuionem parentum mundique ipsius gignit horrorem.
Contemptum autem ac priuatione omnium facultatum. humilitas
adquiritur. Humilitas uero his indiciis comprobatur. primo
si mortificatas ipse habeat omnes uoluntates. secundo si non
solum actuum suorum. uerum etiam cogitationum nichil suae
seniori. tertio si nichil suae discretioni. sed iudicio eius unusquisque
committat. ac monita eius. scienter ac libenter auscultet. quarto
si omnibus seruiet obedientiaque mansuetudinem. patientiaque
constantiam. quinto si non solum iniuriam infertur nullus. sed ne
aliquis quidem sibimet irrogatam doleat atque ulciscitur. Sexto si nic
hil agatur. nichil presumat quod non ut communis regula ut
maiorum cohortantur exemplaria Septimo si omni utilitate
contentus sit et ad omnia se eque sibi prebentur. uelut operarium
malum iudicauerit indignum. Octauo si semetipsum cunctis infe
riorem in superficie pnuntiet labiorum. sed intimo cordis credat affectum.
Nono si linguam cohibeat. ut non sit clamosus in uoce. Decimo
si non sit promptus ac facilis in risu. Talibus namque indiciis. et his
similibus humilitas uera dinoscitur. Que cum fuerit inuenta
te possessa. confestim te in ipsa adhibitate quae timorem non ha
bet gradu excelsiore perducit. per quam unusquisque prius non sine pe
na formidinis obseruabat absque ullo labore uelut naturali
ter incipies custodire. nam contemplatione supplicii uel
timoris ulti. sed amore ipsius boni et delectatione uirtutum. ad quod
ut ualeas facilius peruenire. exemplaritas institutionis